Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26108
Copyright: Admont, Benediktinerstift



199

phiala

iudicium irrogare dampnandis. et absolucione misericordie dare conuersis. Et omnibus quidem angelis interram fundere mandatum est. Sic idem terrenis hominibus per uarietate peccatorum uaria quoque uocabula sortiuntur. ut sicut predicationis et iudicii. sic et iam norum plenitudo. septenario numero censeretur. Et abiit primus et effudit phialam suam in terram. Duplici modo predicatores phialas ire diffundunt. dum penas impiorum. ut eisdem impius irrogant spiritaliter iudicando. ut petrus simoni. Pecunia inquit tua tecum sit in perditione. ut sancte ecclesie manifestant predicando. ut idem dicit. quibus iudicium iam oli non cessat. et predicio eorum non dormitat. Potest et tertio modus intelligi. quoquisque peccatorum audita predicatione ueritatis. grauiori contradictionis uulnere corrumpitur. De quo dns. Si non uenisset inquit. et locutus eis fuissem. peccatum non haberent. Factum est uulnus seuum ac pessimum in hominis qui habent caracterem bestie. Qui dno derelicto. diabolum ueneratur. eiusdem impietatis uulnere pessimo. spiritaliter interibunt. Et secundus effudit phialam suam in mare. et factus est sanguis tamquam mortui. et omnis anima uiuens mortua est in mari. Qui non solum caractere notantur anti xpi. sed et seruorum xpi stabilitate undis amare persecutionis insectantur spiritali iam ultione quam sanguine uocat punientur. et qui se uiuere iactabant. mortis probabuntur auctori seruisse. Et tertius effudit phialam suam super flumina. et super fontes aquarum. et factus est sanguis. Et hi quoque qui ut suum uirus incautis infundant. dulcia se propi